

29. Coust. 1553.

Cum nos dilectis et fidelibus Gentibus
 nostris Camera Compotorum Parisien.
 mandassemus per Litteras nostras quod
 adimplerem certas Litteras pro charissimum
 progenitorem nostrum Bernardum Boet
 et Joanni Saisotti concernas inter cetera
 continentia quod Cum ipsi Bernardus
 et Joannica fidejussora fuissent una
 Cum Joanne Deshospitali et Petro
 Rolandi defuncti Joannis dicti Boet

Du vol. 4. coust. 6. fol. 151.^{vo.}

Gubernatoribus quondam et Monetae nostrae
Limonicensis, et quia dictus Petrus et Rolandi
qui gubernationem dictae monetae pro dicto
Joanne Bénéfugerat et approbaverat
de moneta centorum et Mercatorum dictam
et Monetarii frequentantium; videlicet
Petri Gaiam et Ludrea Taubert et Marcelli
Boyer, et Mathaei Lamy Laurentii De Dieu,
Joannic et Mathaei Leobotins usque
ad summam tresdecim centum librarum
turonensium vel circa gubernatores et
magistri monetarum nostrarum commiseram
Guillelmo De orgereto et Aleaume
Porterii servientibus nostris ad exequendum
super praenominate fidejussoribus et
quolibet ipsorum dictam summam virtute
quarum Litterarum ac liam certarum
Litterarum dictae Camera Comptorum
ipsi servientibus licet per dictos Petrum
et Rolandi et Joannem De hospitali de
centa summa ipsa et Mercatoribus fuerit

Satis factum, et quod dictus e Rolandus —
 debitor principaliter erat bene ad valorem
 solvendi residuum dictae summae, una cum
 expensis formam suae Communionis
 excedendo ipsos Bernardum et Sorinet —
 imprisonment, et plura bona mobilia
 ipsorum vendideram, et licet etiam —
 praedicta una cum certa summa pecuniae
 per ipsos Bernardum et Sorinetum
 certis servientibus seu eorum mandato
 tradita plus ascenderam quam dicta summa
 debita, nihilominus ipsi servientes certa
 hereditagia ipsorum conquerentium vendi
 feceram, et tamen de dictis servientibus
 rationem nec Computum habere —
 poteram, ut dicebant dicti Conquerentes
 supplicantes sibi super hoc remedio
 provideri oportuno, quare mandabatur eis
 committeretur dictis servientibus nostris
 ac aliis evocandis ipsos servientes —
 compellerem ad reddendum Computum —

dictis conquerentibus, et si ceperent dictos
tres Decem Centum libras una cum expensis
rationabilibus ipsorum servientium esse
solutas, absque venditione dictorum
hereditagiorum ipsam venditionem annullarem
virtute quarum Litterarum dictis servientibus
ac mercatoribus ex parte una, et dictis
conquerentibus ex altera eorum dictis Gentibus
comparentibus finem plures rationes
propositas et traditas hinc inde; videlicet
pro parte dictorum conquerentium inter
cetera ad finem quod dictae Litterae
adimplerentur, et quod dicti servientes
et Mercatores in eorum Expensis
condemnerentur, et pro parte dictorum
servientium et mercatorum inter cetera
ad finem quod dictae Litterae subreptivae
promitterentur, et quod ipsi conquerentes
in eorum Expensis condemnerentur,
ipsaque rationibus una cum pluribus
aliis Litteris instrumentis et processibus

hinc inde tradita et adjudicandum de consensu
 ipsorum receptis pro modo que de
 mandato nostro ad Curiam Parliamenti
 nobis una cum partibus remissa est
 ad judicandum ibidem receptis, eis visis
 et diligenter examinatis, per judicium dictae
 Curiae nostra dictum fuit quod dictae Litterae
 sunt subreptitiae, et quod venditio dictorum
 hereditagiorum et decretum super hoc
 traditum valem et tenent, ex eodem
 judicium dictae Curiae praedictos conquerentes
 in expensis hujusmodi cause dictis
 mercatoribus et ferventibus condemnavit
 taxatione ipsorum ipsi Curiae reservata.
 xxiii^a die Augusti. Lm^o. /